

Petrus de Pretio, 1229?-1269

*PdP Epistola 11 (Si totus
mundus dudum per Christum...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Pretio, 1229?-1269

*PdP Epistola 11 (Si totus
mundus dudum per Christum...)*

1248?

Si totus mundus dudum per Christum dominum iuravisset cuncta fide, prorsus credere nequivissem, quod a Johannis mente Petrus suus tam subito laberetur et, quem sic fervide prosperantem diligeret, sic trepide negligerei adversitate depressum. Sed ut videre videor et per experiendam rei reor, hominum amicitie Fortune motum volubilem comitantur, secum veniunt et ea discedente recedunt. Ideo que, cum nulla sit in utrisque constanda, non est sperandum in homine nec in homine confidendum. Ha Deus, quis verus amicus in orbe poterit reperiri, ubi meus Johannes, suam nequiter fidem servans, meam fiduciam circumvenit. Ha Deus, quem unquam nisi mente simulata deinceps amare poterit homo ille, qui non amare potuit omni sibi dudum precio cariorum pre ceteris intimum et precordialiter conunitum. Ha Deus, cur fidem pateris in mundo perire, quam reperire, ut video, iam in homine nemo potest. Unde humani generis destructio subsequitur. Sane diffiteri non poteris, o amice, quod, postquam infortunium forte me in carcere Parme reposuit vinculis ferreis alligatum, sic me non habueris pro abiecto, quod nedum indigende mee de proprio, quod frustra speraveram, subvenires, verum etiam debitum indebite detinens mutuam tibi pecuniam mihi remittere noluisti, cum scires presertim, quod usque ad necem necessitatibus angustabar. Difiteri non poteris, quod per nuncios, qui tibi frequencius occurrebant, nullas mihi cUra veris mittere litteras, non unum verbum nec ab eis etiam meam continendam perscrutari. Certe non erat nec amici pura fides, solo saltem verbo non salutare socium in tribulatione constitutum nec querere statum eius. Cogita, sodes, et recogita in corde tuo, si vere dilectionis federa non fregisti. Cogita et recogita, si debito meo

satisfeceris equitati. Nonne olim erat frequens eloquium oris tui, quod, si totus mihi deesset mundus, tu mihi non posses ullatenus non adesse. Verumtamen non erat hic sermo sic directe ab animo derivatus, ut idem in corde gereres, quod ore proferres. Arguat igitur te ipsum tua conscienda de peccato, arguat te, quod illud quondam amicioie venerabile nomen abiciens eius accidenda non servasti. Arguat te futurum obprobrium; vero scientes hoc nephas in te ceteri de cetero non confident. Sicque peractam nequiciam taliter studeas expiare, si cupis, ut tua fama non decidat et infamia non excrescat, quod futurorum operum bonitas huius perfidie deleat de cordibus hominum mandonem.